iwonski Martinum Dwierzynski Andream Janecki Georgium Zolczynski Ca-
merarium Terrestrem Sanocensem et Albertum Zmiowski vicesgerentem officii
praesentis in suum verum legitimum et indubitatum Plenipotentem ac sufficientem
mandatarium eligit facit constituit et ordinat praesentibus. Dans et conce-
dens praefatis Plenipotentibus suis tam omnibus coniunctim quam cuilibet ipsorum
seorsim plenariam facultatem et omnimodam potestatem causas praefatas
iuridicas suas coram quovis Iudicio et officio Regni incidentes nomine suo atten-
tandi promovendi iustificandi defendendi Decreta quaevis suscipiendi a Contra-
riis provocandi aliaque omnia munia et officia veris Plenipotentibus de iure in-
cumbentia peragendi et exercendi. Promittens et inscribens se id totum
quidquid per praefatos Plenipotentes suos tam omnes Coniunctim quam quemli-
bet ipsorum seorsim nomine suo in praemissis actum gestumve fuerit pro rato
et grato suscepturum non secus acsi ipsemet regnante praemissa praesens egisset.
Constituisseque praesentibus scripti patrocinio ac praemissa mediante.

Kowalkowscy Capitaneo Margeburgensi Cedunt

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisl.
Generosi Joannes et Ludovicus Kowalkowscy fratres germani Generosi olim
Jacobi Kowalkowski filii suo et Generosi Stanislai Kowalkowski fratris
sui germani praecum ratione cavent ac se praesentibus in forma iuris quam
plenissima inscribunt sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus Di-
strictibus iuribus iurisdictionibusque suis quibus nil propriis ac competentibus re-
cedentes se vero cum successoribus bonisque suis omnibus iuribus domi officii prae-
sentis Castren. Capitan. Premisl. quoad actum praesentem attinet tota vi et plenarie
incorporando et subiiciendo palam libere ac expresse regnant. Quia ipsi de
omni et integro iure suo et praefati fratris sui videlicet de inscriptionibus Terrestribus
Premisliensis duabus seorsiuis. Prima quidem per Illustrem et Magnificam Annam de Pil-
cza Illustris et Magnifici Lucae de Bnin Opalinski Marsalci Curiae Regni Consortem

ltimam

ltimam sibi recognoscendo ac Generosis Nicolao praefatoque Stanislao Kowalkowski
fratribus suis super summam Tredecem millium florenorum polonicalium facto et bonis su-
is hereditariis videlicet sorte certa villae Chmielnik modo obligatorio assecurando
Altera vero per eandem Illustrem et Magnificam Annam de Pilcza Opalinska
supra scriptis Generosis Joanni Stanislao et Ludovico Kowalkowskim declara-
torio modo eorum attinentiis quae ad possessionem ipsorum pertinere debebant facta
et recognita inscriptionibus iisdem tam originali obligatoria quam et declaratoria
latius de praemissis in se obloquentibus Cum omnibus earundem inscriptionum tam
originalis obligatoriae quam et declaratoriae punctis clausulis articulis con-
ditionibus vadiis tuitione emundatione et pacificatione ligamentisque universis
eisdem inscriptionibus appositis Necnon de bonis praefatis in eadem inscri-
ptione obligatoria expressis parataque eorundem bonorum intromissione et pos-
sessione per se regnantem et praefatum fratrem suum hactenus pacifica continuata
cum totali praemissorum proprietate et praerogativa nihil iuris dominii proprie-
tatis et praerogativae ac quorumvis usufructuum et utilitatum ex praemissis omnibus
pro se et eodem fratre suo suisque successoribus aut alicuiquam reservando aut
excipiendo sed in totum et plenarie prout praemissa omnia eosdem regnantes ac prae-
fatum fratrem ipsius modo praemisso concernebant ac eidem serviebant. Iam
exnunc Magnifico Nicolao Raphaeli a Stemberg Kostka Incisori Sacrae Re-
giae Maiestatis Margeburgensi Starogardiensique etc. Capitaneo et ipsius successoribus
accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione
cesserunt et condescenderunt prout Cedunt et condescendunt praesentibus perpetuo omneque
et integrum ius suum et praefati fratris sui praemissorum omnium in eundem Magnificum
Nicolaum Raphaelem a Stemberg Kostka et ipsius successores tota vi et ple-
narie transfuderunt transtulerunt et incorporaverunt prout praesentes transfundunt
transferunt et incorporant perpetuo. Etiam exnunc iidem regnantes Generosi Jo-
annes et Ludovicus Kowalkowscy dant et admittunt praefato praenominato

Magco

Magnifico Nicolao Raphaeli Kostka et ipsius successoribus in bona supranominata
praemissaque omnia praesentibus abscessa realem intromissionem et actualem pa-
cificamque possessionem cum praesentaneo usufructu quandocunque voluerit acce-
ptare per Ministerialem quemcunque sibi adhibendum duxerit eligendum ipsi iam exnunc
ab officio praesenti admittunt, Ceterumque Magnificum Nicolaum Raphaelem Kostka
et ipsius successores hoc idem ius cessum praemissorum omnium cum universis
beneficiis et praerogativis summamque suprascriptam et bona eius summa one-
rata praemissaque omnia praesentibus abscessa cum suis utilitatibus et emolumentis
tenendi habendi possidendi pacificeque et quiete utifruendi ac in usus suos
suorumque successorum quoslibet beneplacitos libere convertendi temporibus
perpetuis vigore inscriptionis praefatae tam originalis obligationis quam decla-
rationis ad praemissa sibi servientium praesentique cessi et transfusi iuris. Praeterea
iidem regnantes Generosi Joannes et Ludovicus Kowalkowscy fratres germani
debebunt et tenebuntur prout se ac suos successores de et super bonis suis genera-
liter omnibus nunc habitis et inposterum habendis memorato Magnifico Nico-
lao Raphaeli Kostka et ipsius successoribus inscribunt et obligant praesentibus ipsum et
ipsius successores occasione praedicti iuris cessi praemissorumque omnium ab omni
impetitione iuridica quanacunque personarum status sexus et conditionis cu-
iuscunque exeuntium ex re persona et occasione sua suorumque successorum tantummodo et
non ultra exonerandi in omni Judicio et officio Regni toties quoties opus
fuerit tam in toto quam in parte tueri defendere evincere et intercedere nec
non hoc idem ius cessum praemissorum omnium inscriptionem videlicet et bona per
se eidem praesenti cessa ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
tum etiam a quibuslibet iuris citationibus in eadem bona et praemissa omnia super se vel
successores suos et praefatum fratrem suum successoresque eius tantummodo imposita-
tis et imponendis lucris denique perlucris et processibus iuribusque quibuscunque su-
per se vel successores suos ac praefato fratre suo tantummodo obtentis et obtinendis

in quovis

in quovis puncto et gradu iuris dependentibus tam in toto quam in parte emunda-
re et liberare ita ut idem Magnificus Nicolaus Raphael Kostka suis cum suc-
cessoribus praemissa bonaque praefata praesenti abscessa tam in toto quam in parte vi-
gore praesentis condescensionis inscriptionis quiete et pacifice ex re persona et occasione
eorum recognoscentium ac praefati fratris eorum successorumque ipsorum possidere
queat. Nec debent praedicti regnantes Generosi Joannes et Ludovicus Kowalko-
wscy fratres germani et illorum posteri Generoso Magnifico Nicolao Raphaeli
Kostka cum ipsius successoribus praedictam intromissionem et possessionem vigore praesentis conde-
scensionis inscriptionis coram officio praesenti admissam in praemissis et bonis denegare
imo tenebuntur cum suis posteris eamque effectuati tam in toto quam in parte
dare et admittere dataque et admissa quovis modo tam per se quam per suas quas-
vis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire ac in praenominatis bo-
nis praemissisque omnibus praesentibus abscessis ipsum et illius successores in toto
et parte non inquietari sub vadio duodecem millium florenorum pecuniae polonicae per
praefatos recognoscentes Generosos Joannem et Ludovicum Kowalkowskie fratres germa-
nos et ipsius successores suprascripto Magnifico Nicolao Raphaeli Kostka et ipsius
successoribus ob non complectionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Insuper iidem regnantes
Generosi Joannes et Ludovicus Kowalkowskie fratres inter se germani se ac suos
successores de et super bonis suis generaliter omnibus habitis et habendis eidem
Magnifico Nicolao Raphaeli Kostka et ipsius successoribus inscribunt et obligant prae-
sentibus praefatum Generosum Stanislaum Kowalkowski fratrem suum germanum vel
in eventu mortis eius successores ipsius ad approbandum per eum praesentem vel similem
de praemissis illique pro interesse facienda inscriptionem cessionariam ad Acta quaelibet au-
thentica Regni ante decursum medii anni abhinc computandi adducere et promotis
statuere ac ab ipso ut praemissa exequatur efficere. Ad complendum vero stabilitionis
praefati Generosi Stanislai Kowalkowski vel successorum eius ipsi Magnifico Kostka

1816

successorumque eius ab omni impetitione iuridica praedicti fratris sui successorumque
eius ratione praemissionis exonerando in omni Judicio et officio Regni tribus quo-
tiens opus fuerit fieri evincere et intercedere ac ubilibet indemnem eum
demnes reddere. Idque sub simili et speciali vadio Tredecem millium flo-
renorum polon. praefati regentes Kowalkowskie fratres germani et ipsorum successo-
rum suprascripto Magnifico Kostka et ipsius successoribus ob non completionem praemissionis ad sol-
vendum succumbent. Nihilominus iidem regentes Generosi Joannes et Ludovicus
Kowalkowscy se ac suos successores de bonis suis praefatis quatis omnibus
habitis et habendis praefato Magnifico Kostka et ipsius posteris inscribunt et ob-
ligant praesentem inscriptionem praesentis cessionariae ex his Actis Castrensibus autentice de-
promptam ad Acta Terrestria sive Premisliensia sive Preworscensia intra decur-
sum unius anni abhinc computando transferre et transportare et dat facul-
tatem plenariam et omnimodam potestatem eidem Magnifico Kostka et ipsius succes-
soribus inscriptionem praesentem ex his Actis authentice exceptam ad praefata Acta Ter-
restria sive Premisliensia sive Preworscensia quandocunque voluerint transferre
et transportare quae transportata tantum robur habebit acsi per ipsosmet re-
cognoscentes transportaretur Cui transportationi in evenis praesentis cessionariis
iidem regentes se ac suos successores de bonis suis quatis omnibus habitis et
habendis eidem Magnifico Kostka et ipsius successoribus inscribunt et obligant praesentem
non contradicturos. Idque sub simili et speciali vadio Tredecem millium florenorum
polon. per eosdem regentes et ipsius successores suprascripto Magnifico Kostka et
ipsius successoribus tam ob non transportationem inscriptionis praesentis quam ob contradi-
ctionem ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis prae-
fatis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa citati existentes memora-
ti regentes Joannes et Ludovicus Kowalkowscy sive ipsius successores citati
existentes Ad instantiam suprascripti Magnifici Nicolai Raphaelis Kostka vel ipsius
successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto

mediante

1817

mediante quoad respondendum et inscriptioni praesenti in toto satisfaciendum incorporando
in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare parere respondere pro va-
dioque vel vadiis praefatis ac pro re ipsa principali pro qua citabuntur tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebunt et tenebuntur seque et po-
steros suos obligant eundem primum peremptorium Terminum et alios omnes conse-
quentes cuiusque Causae Terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori mi-
norennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari admu-
nimenta vel aliis quibuscunque legalibus impedimentis et exceptionibus non differendo ad qui-
etationem ultra praesens Terminos officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis dilationem
sibi non recipiendo nullasque moras apponendo ac omnes prosequutiones faciendo
tam praemissa omnia poenis simplicibus vel tricatis evasionibus fatalibus iuris
praescriptione Terrestri bello Conventioneque et aliis quibuscunque iuris remediis et
defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante

Capneus Margebur. Kowalkowskie Debet

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Magnificus Nicolaus Raphael a Stemberg Kostka Incisor Sacrae Reginalis
Maiestatis Margeburgensis Starogardiensisque Z Capneno sanus mente et corpo-
re existendo Terrestris Districtus iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque prop-
riis et competentibus recedendo huic autem iuri officio Castrensi Premisliensi quoad a-
ctum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quatis omnibus totaliter et ple-
narie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac expresse recognovit.
Quia ipse Generoso Ludovico Kowalkowski Generosi olim Jacobi Kowalkowski
(Generosi olim Jacobi Kowalkowski) filio et eius successoribus summam Trium
millium Sexcentorum Sexaginta sex florenorum et viginti grossorum polonicalium certi ve-
ri iusti et liquidi debiti mutuataque pecunia tenetur atque debet Quam quidem summam
Trium millium Sexcentorum Sexaginta sex florenorum et viginti grossorum polonicalium
praefatus Magnificus regens praefato Generoso Ludovico Kowalkowski eiusque posteris
se ac suos successores in et super bonis suis quatis omnibus [illegible]